

Werk

Titel: Erucarum ortus, alimentum et paradoxa metamorphosis

Autor: Merian, Maria Sibylla

Verlag: Oosterwyk

Ort: Amstelædami

Jahr: 1717

Kollektion: Zoologica

Digitalisiert: Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

Werk Id: PPN476830389

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN476830389>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=476830389>

LOG Id: LOG_0082

LOG Titel: XXV. Convolvulus minor, purpureus

LOG Typ: chapter

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain these Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

psittacorum adinstar, viridibus exornatæ sunt, alarum inferior utraque maculâ nigrâ signata est, oculos habet subflavescentes, in anteriori parte capitis inter cornula longâ tenui proboscide, quàm compendiosè componere, & sub capite recondere novit, instructa est, ad pabulum attrahendum. Hæcce jure merito omnium notatu dignissima meo judicio metamorphosis habenda est.

XXIV. *Tilia florens.*

Magnæ ac elegantes in tiliis erucæ reperiuntur, quarum hic inferiùs una exhibetur, tinctæ sunt hepatico colore, punctis albicantibus per dorsum notatæ, ab inferiori corporis parte flavæ, in posteriore membro cæruleum prostat cornulum, & à retrò flava macula conspicitur, quietæ sunt ac inertes, tactæ tamen velut irâ concitatæ capite hùc illùc validè ferunt, plenam accretionem noctæ deponunt exuvias, ac in aurelias nigras immutantur, hæ velut exanimes in sequentis anni mensem usque majum jacent, unde tandem ingens flava viridi colore maculata phalæna vespere volitans educitur.

XXV. *Convolvulus minor purpureus.*

Rarissimum est ingens hocce erucarum genus, in agris plerumquè morantur, & hujusce lolii radicibus aluntur, è lucido fusco colore tinctæ, lineis, maculisque fuscis variegatæ sunt, excrementa relatis in figura 23. correspondent; sub finem Julii hujusmodi erucam scatulæ terrâ repletæ incluseram, in hac rotundam sibi profundamque fovebat foveam, hanc, ingressa, cavitatem foliis obtegebat, ac in aureliam ab antè viridem, & à retrò flavam sequenti tamen die fusco colore variatam, oculos & inter eos proboscidem, referentem immutabatur, validè movebatur, Septembre magnam in phalænam transfigurata fuit, cujus corpus anterius alæque cinericæ nigro colore mirificè fuerant condecoratæ, alis litteræ B. C. V. & M. caractere romano perspicuè erant insculptæ, ab anteriori parte capitis longâ proboscide fuscâ munita est, quæ simplex à capite oriunda post in duas utrinque crispatas divaricabatur,

batur, crispasque rursus in longum extendere potens erat, corpus posterius è lucido rubrum, maculisque nigris aspersum cinerea linea medium percurrebat, universum corpus pilosum aut instar plumarum lanuginosum erat, interdium quiescebat, vespere verò moleste obstrepens pro magnitudinis suæ qualitate volitabat.

XXVI. *Geranium florens.*

Hosce flores pro ornamento hic adjuncti, hæc enim, de qua sermo instituitur eruca minimo etiam gramine nascitur, mense martio punctis nigris exornatam deprehendi, caput posteriusque membrum nigra erant, ab ante sex unguiculis, ac in medio octo coloris hepatici pediculos habebat.

Julio mense pelle suâ sexties exuta in aureliam è lucido fuscâ immutabatur, Augusto prodiit indè phalænula, cujus caput alæque superiores fuscæ nigro colore adornatæ erant, sex cornulis fuscis instructa fuit, corpus posticum ac inferiores alæ cinerei coloris erant, vespere volitat.

XXVII. *Pyrus profina florens.*

Alba rubris per dorsum maculis adornata eruca super pyro nutritur, caput fusco tinctum est colore, ab utrâque corporis parte pilorum fasciculi prostant, ab ante sex unguiculis, in medio octo, & à retrò duobus adhuc pediculis instructa est.

In Julii principio deponit exuvias, & in aureliam fuscâ transfiguratur, caput hujus pilosi decurrunt, ac in ipso capite prostant, fasciculi, duos etiam nigros oculos refert, quod sanè monstruosam faciem efformat; in medio memorati mensis è quâlibet aureliâ alba quidem at nigro colore adornata phalænula prodit, inferiores alæ è lucido fuscæ sunt, corpus rosei coloris, cornula alba pilis fuscis obsita, & oculi nigri sunt, de die celerrimè volitat.

XXVIII.